Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Secm Iohannem

In illo tempore: Dixit iesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor: animam suam dat pro ouibus suis. Mercenarius autem et qui non est pastor cuius non sunt oues proprie videt lupum venientem: et dimittit oues et fugit. Et lupus rapit: et dispergit oues. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est et non pertinet ad eum de ouibus. Ego sum pastor bonus et cognosco meas: et cognoscunt me mee. Sicut nouit me pater et ego agnosco patrem: et animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo que non sunt ex hoc ouili: et illas oportet me adducere. et vocem meam audient. Et fiet vnum ouile et vnus pastor

Eius ds Offer: meus ad te de luce vigilo: et in nomine tuo leuamo manus meas alla Secre:

Benedictionem nobis domine conferat salutarem sacra semper oblatio: vt quod agit mysterio: virtute perficiat. Per dmi: Cōm:

Ego sum pastor bo